



Universitätsbibliothek Paderborn

Diplomatvm Belgicorvm Libri Dvo

Le Mire, Aubert

Brvxellis, 1627

25. Fretehaldus vir nobilis omnem sui iuris hereditatem, in Comitatu Teirsterbandiae sitam, dat Vltraiectino Canonicorum S. Martini collegio cathedrali, an. 993.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10903

scopum Moguntinum, Luitolphum Ducem Sueviæ, & Luitgar-
dam, Conradi Burgundiæ Ducis vxorem.

LVI **TOLPHVS**, ex Ita, Hermanni Sueviæ Ducis filia, sustulit Othonem Sueviæ & Bauariæ Ducem: cuius filij fuerunt **Conradus Marchio Carnorum**, **Eckardus Marchio Thuringiæ**, & **Gregorius V. Papa**.

Otho II. ex Theophania, Romani Imp. Constantinopolitani filia, genuit Othonem III. qui an. 1001. obijt, non relictis liberis ex Maria, Sancti Garciae Regis Aragoniae & Nauarræ filia. Successit S. Henricus; de quo infra cap. 25. 25

C A P V T X X V.

*Fretuhaldus vir nobilis omnem sui iuris hereditatem, in Comitatu
Tersterbandia sitam, dat Ultraiectino Canonicorum S.
Martini collegio cathedrali, an. 993.*

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Operæ pretium duximus, quæ subsequuntur scriptis inferere, ne posteros lateret quod prior ætas ficeret.

Quapropter desideramus notum esse cunctis sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus, tam futuris quam præsentibus, quod quidam miles, nobili parentum prosapia progenitus, nomine FRETHEBALDV, amore Dei salubriter instigatus, nil dubitans cum transitorij acquirere perennis vitæ gaudia, omnem sui iuris hereditatem, quam habuit infra Comitatum Testerbant nuncupatum, cum omnibus ad eam pertinentibus (exceptis tribus mansis, & mancipijs in eis manentibus, quæ viginti erant sui curtilis mancipata feruitui) pro animæ suæ suorumque parentum remedio, tradidit & donauit S. Martino, suo spirituali patrono, ad stipendialem videlicet usum fratribus in Traiecto. commorantibus;

Ea scilicet ratione, ut pontificalis cathedralæ fratres currim ex integro . . . cum ædificijs, mancipijs, agris, pratis, pascuis, aquis aquarum us decursibus, & quidquid inde habuit, & id totum quod de ecclesia de Vtreœ structa sua subiacuit potestati semotum haberent.

Cetera quæ supersunt, rebus in omnibus, cultis & incultis,
N n 3 viriusque

vtriusque monasterij fratres, ibidem Deo seruientes, æqua & pari
communiter diuident inter se diuisione.

Post decepsum vero huius Vicepræpositi monasteriorum
anniversarium non immemores præterirent pro eo lumina-
ria præsentando, cibo potuque fratres lætificando quotannis.

Dominus autem Præfus AVSFRIDVS pia memoria recolendus,
pro huiuscemodi traditionis remuneratione, ut firmior & stabilius
esset huiusmodi traditio, concessit eis singulis annis de sua parte
dari XII. libras in beneficium, dum viueret.

Qui etiam addidit, ut si ipse vel eius, quod absit, successor haec
concessa neglexerit, ipse præfatus miles de suo, quod dedit, faciat
ut velit.

993. Anno Dominicæ incarnationis nongentesimo nonagesimo ter-
tio, Indictione decima, anno vero tertij Othonis regnantis deci-
mo tertio, Imperij autem eius primo, XII. Kalendas Octobris, in
quinta feria. Actum est in Traiecto, in præsentia domini piæ recor-
dationis AVSFRIDI Præfus, suique præfulatus anno secundo, co-
ram testibus quam pluribus, quorum quorumdam hic subnotantur
nomina:

Vlfhere, Godefrit, Wiric,
Item Godefrit, Erolf, Bouo,
Ribrac, Himezo, Lanzo,
Aufrit, Gerbolt, Hildebold,
Adalhard, Acto, Poppo,

Item Poppo, & cum his multò plures.

Mox post haec subsequenti die, ut firmius & stabilius esset, infra
terminum prædicti Comitatus, in villa quoque Thiele nuncupata,
eisdem prænominatis testibus & alijs nonnullis adstantibus, sine
alicuius retractione, cum ramo & cespite, iure rituque populari
sancitum est, rationabiliterque firmatum, ut huiusmodi traditio in-
tacta & inconuulta permaneat, feliciter in Christo stipulatione
subnixa.

N O T A T I O N E S.

AVSFRIDVS) alijs Anssfridus aut Anfredus, ex Bratuspantium &
Hoenium Comite factus est Episcopus Ultraiectinus: ut in Cod.
don. p. cap. 41. & 43. docui.

CVM RAMO & cespite.) Vide supra lib. I. cap. 90.

CAPVT